Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

SIS

meum uobcum et cum semine uestro
post uos. ⁊ ad omnem animam uiu
entem que est uobcum tam in uolu
cribus quam iumentis ⁊ pecudibus ter
ranis que egressa sunt de archa
et omnis bestius terre. statuam pactum
meum uobiscum ⁊ nequaquam ultra interfi
cietur omnis caro aquis diluuii neque erit
deinceps diluuium dissipans omnem
terram. Dixit quoque deus noe. Hoc est si
gnum federis quod do inter me ⁊ uos
et omnem animam viuentem que
est uobiscum in generationes sempiternas
Arcum meum ponam in nubibus ⁊ erit
signum federis inter me ⁊ inter terram
Cumque obduxero nubibus celum ap
parebit arcus meus in nubibus. ⁊ recor
dabor federis mei quod pepigi uobcum
⁊ cum omni anima uiuente q̃ carnem
uiuificat. ⁊ non erunt ultra aque dilu
uii ad delendam uniuersam carnem.
Erit quoque arcus meus in nubibus. ⁊ in
dero illum ⁊ recordabor federis sempi
terni quod pactum est inter deum ⁊
inter omnem animam viuentem vni
uerse carnis que est super terram.
Dixit quoque dominus ad noe. Hoc est
signum federis quod constituo inter me
et omnem carnem super terram. Erant
igitur filii noe qui egressi sunt de ar
cha. sem. cham ⁊ iaphet. Porro cham
ipse est pater chanaan. tres isti sunt
filii noe ⁊ ab his dispersum est omne
hominum genus super uniuersam terram
Cepit quoque noe uir agricola exercere terram
et plantauit vineam ⁊ bibens ex vi
no inebriatus est ⁊ nudatus iacu
it in tabernaculo suo. Quod cum vi
disset cham pater chanaan. verenda
scilicet patris sui esse nudata nunciauit
duobus fratribus suis foris. At uero
sem et iaphet pallium imposuerunt hu
meris suis ⁊ incedentes retrorsum
operuerunt uerenda patris sui. fa
cies uero eorum auersae erant ⁊ patris
sui nudita non uiderunt. Expergiscens
autem noe ex uino. cum didicisset que
fecerat ei filius suus iunior aut. maledi
ctus chanaan. puer. seruus ser
uorum erit fratribus suis. Dixit quoque
Benedictus dominus deus sem. sit
chanaan seruus eius. Dilatet deus
iaphet ⁊ habitet in tabernaculis sem
sit que chanaan seruus eius. Vixit autem
noe post diluuium. CCCL. annis ⁊
impleti sunt omnes dies eius. nongen
torum quinquaginta annorum ⁊ mor
tuus est.

X

Hec sunt generationes filiorum noe. sem.
cham ⁊ iaphet. Nati que sunt
eis filii post diluuium. filii gomer.
et magog. et madai. iauan ⁊ tubal.
mosoch ⁊ thiras. Porro filii gomer
ascenez ⁊ riphat ⁊ togorma. filii ai
auan. elisa ⁊ tharsis. cethim ⁊ dodanim.
Ab his diuise sunt insule gentium.
in regionibus suis. vnusquisque
secundum linguam ⁊ familiam suam. in
nationibus suis. filii autem cham.
chus ⁊ mesraim ⁊ chanaan. filii
chus. saba ⁊ euila ⁊ sabata ⁊ regma
⁊ sabatheca. filii regma. saba
et dadan. Porro chus genuit nem
roth. Ipse cepit potens esse in terra ⁊
erat robustus venator in conspectu
coram domino. Ab hoc ex inde pro
uerbium. qui nemroth robustus ve
nator coram domino. Fuit autem
principium regni eius babylon ⁊
arach ⁊ archad. et chalanne. in